Quelle: https://manuscripta.at/?ID=743
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

tate discordat. mox hec ut mentē ceperit. illa discedit.
Unde p̄dicatores sci ut possent proximos pfecte diligere.
studuerunt inhoc seculo nil amare. nil umquā appetere. Nil
uel sine appetitu possidere. Quod bene isaias intuens ait; Qui
sunt isti qui ut nubes uolant. et quasi columbe adfenestras
suas. Videlicet quippe eos terrena despicere. mente celestibus
propinquare. uerbis pluere. miraculis coruscare; Et quos ater
renis contagis et sca predicatio. et sublimis uita suspende
rat. hos uolantes partim ut nubes appellat; Fenestre autem
nri sunt oculi. quia ipsos anima respicit. qd exterius con
cupiscit; Columba uero simplex ē animal. atq; amalitia fel
lis alienū. Quasi columbe enim adfenestras sunt suas. qui nihil
inhoc mundo concupiscunt. qui omia simplicit aspiciunt.
et inhis que uident rapacitatis studio non trahuntur; ...
At contra miluus et non columba adfenestras suas ē. qui ad
ea que oculis considerat rapine desiderio anhelat. Qua g
fris kmm beati andree apostoli natalicia celebramus. debem
imitari qd colimus. ostendat nre obsequiū deuotionis inmu
tate sollemnitas mentis. Despiciamus que terrena sunt re
lictis temporalibus meremur eterna. Si autem nec dū possu
mus relinquere propria. saltem non concupiscamus aliena.
Si nedum mens nra accenditur igne caritatis. inambi
tione sua habeat frenum timoris. ut profectus sui passi
bus uegetata. dum de alienorum apetitu conpescitur.
quandoq; adpropria contempnenda pducatur.

Lectio sci euang scdm matheum

Illo temp. Dixit ihc xii discipulos suos p̄cipiens eis et dicens;